



Reuerendi Patris P. Hieremiæ Drexelii e Societate Iesu Opera omnia

Duobus nunc Voluminibus comprehensa, & libellis ante hac non editis
aucta ; Illvstrata, Indicibvs Moralibus, Locorum S. Scripturæ, Capitalium
Mysteriorum fidei, Rerum, & Concionum quouis anni tempore habendarum
; Congestis Et Compositis Methodo prorsus, alijs Auctoribus inusitata ; Sed
Theologis ...

Drexel, Jeremias

Antverpiæ, 1643

Svccincta In Rem Lectoris Admonitio.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77028](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77028)

SVCCINCTA
IN REM LECTORIS ADMONITIO.

Praefatiunculam huic nostro formatarum concionum Indici, ut praemittendam, in rem tuam bone Lector, duximus: sic & hanc in ipso primi voluminis indicis fine, admonitionem duximus, subjungendam. Praefatiunculam quidem, ut tibi constaret, quid, dum aliquando hoc nostrum arduo labore frui voles, à te, ut rectius fruaris, primâ fronte exigam. Hanc verò, ne dum nullas in hoc primo volumine Drexeliano formatas in festa per annum occurrentia, legis conciones, in Græcâ fidei hominem arbitreris, & hocce Drexelianum opus, Pharmacopolarum pyxidem appelles: quæ grande titulis valetudini auxilium pollicentur, quamvis nullum servant latentem thesaurum; sed araneas, & inanias meras. Dum quod in ipso hujus primi voluminis titulo ante promitto, in eodem ipso non exequor, & solvo. Est enim ea deformis oratio, quam res promissa non concomitatur; & fidelis

Non est amici polliceri, sed dare.

Cur ergo promissa non subjungo? tribus id verbis habe; nolo enim hîc excusationum profere plaustra, dum unica me absolvit. Quod promisi differo, non aufero: & ut hoc primum volumen Dominicalibus, ita secundum Festivalibus, & quibusvis aliis honoratis concionibus habebis locupletissimè & exornatum, & refertum. Promissæ enim fidei non ero injurius, dum quod promisi, in altero horum voluminum persolvo cum fœnore. Secundum igitur Auctoris consue Tomum, & Vale, & fruire.

Collegii Soc. H. V. Paderbornæ.